

426 FRAN. PETRARCH.
ad ætatem nostram stylum deduxit, ali-
quot huius temporis adiiciam.

RECENTIORA.

ALIVD.

Obidente Brixiam Heinrico septi-
mo, in Galliis solis ac lunæ simule-
clysim, & minacem insueti syderis fa-
ciem visam, lunæ quoque tergeminæ spe-
ciem, species varias, & arculos etiam cœ-
lo sparsos, crucis imaginem continentes,
& in Italia deflagrâtes poli partes, ac sine
vllis fulguribus aut nubibus, & (vt dici
solet) ignaro Ioue horrendum cecinisse
aiunt, nos enim, & si iam in lucem editi,
nullam tamen eius temporis certam me-
moriā habemus: Super hæc, in finibus
Patauorum equam nouem pedibus edi-
tam, per rura Galliæ Cisalpinæ insuetas
volucrum formas apparuisse, pluma, vt
ferunt cineritia, sanguineis maculis, cri-
stato vertice, nec alias ea specie in his re-
gionibus memoria hominum vñquam
visas, nisi temporibus Federici Principis,
maiores natu affirmabant.

ALIVD.

Per idem tempus, Mediolani intra Ma-
phei Vicecomitis vestibulum, con-
spectum memorant, non mediocre pro-
digium